occasione premissorum ab omni impedimento iuris quarumvis personarum propinquarum et remotarum per omnes processiones iuris toties quoties opus et necessarium fuerit tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare solus per se et per submissas personas non minus asse sub damnis omnibus simpliciter stapas et dicendis. Et coram officiis praesentibus in primo actionis termino peremptorio responsione omnibus in universum iuris remediis et defensis se et suos successores cum abrenunciando.

573

Maslomecka Debitum.

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Thomas filius Andreae Leszczynski sanus mente et corpore exponens publice recognovit. Quia Nobili Mariae Maslomecka relictae olim Alberti Ostaszewski et eius successoribus decem florenos polon. debiti certi veri et liquidi mutuatae pecuniae teneri ac debere et pro festo Sancti Martini Confessoris proxime futuro parata pecunia solvere se de omnibus bonis mobilibus et immobilibus successores suos addit de eisdem onerando submittit ac inscribit sub vadio simili alterum decem florenos polon. in defectu solutionis pro tempore expresso ad solvendum succumbendo. Et coram officiis praesentibus in primo actionis termino peremptorio responsione omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores cum absenbendo et abrenunciando sub amissione sui [illegible] totius et integrae causae.

Wroczenskich Abrenunciatio.

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Dorothea filia olim Christophori Wroczenski consors Nobilis Joannis Leszczynski cum eiusdem mariti sui personali assistentia et consensu contentaneo sana mente et corpore exponens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobiles Paulum et Joannem filios olim eiusdem Christophori Wroczenski fratres suos germanos de solutione dotis se de bonis Wroczenie paternis ipsam concernen. tam in paratis pecuniis quam et parapharnalibus ad statum eius muliebrem pertinen. quietat emittit et liberos facit bonisque Wroczenie tantum abrenunciat perpetuis temporibus.

574

Wroczenska Reformatio.

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Pauli Leszczynski de Leszna sanus mente et corpore exponens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Dorotheae filiae olim Nobilis Christophori Wroczenski consorti suae [illegible] dotis post eam accepti et in bona sua importatae in medietate

57305

omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hae-
reditate Lesna sitorum summam hered. dotis sexaginta florenorum
Polon. et aliam summam in Anni additalicij decem florenorum
Polon. insimul reformat et assecurat dotalicialiter more aliorum do-
talicorum hoc in Regno Polon. observari solitorum.

Lesczinski Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. constituta comparens
Nobilis Marina Ostaszewska alias consors olim Nobilis Alberti Ostaszewskij
de Ostasze sana mente et corpore existens palam publice ac libere reco-
gnovit. Quia Nobili Joanni olim Pauli Lesczinskij et ipsius successoribus
de omni et integro iure suo seu inscriptione certa super bona
sibi recognoscenti per Nobilem Mathiam Zymnoch modo obligationis in sum-
ma sexaginta sexagenarum Polon. facta et recognita cum omnimoda potestate
eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione possessione tuitione evictione
et legamentis in originali inscriptione contentis cedit et condescendit o-
mnem et integram ius suum sibi ad praemissa serviens in personam
eiusdem successorumque ipsius plenarie transfert et transfundit. Intromissionem
illi exnunc cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officio acceptan-
dam admittendo.

Falki Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. constituta comparens
Nobilis Mathias olim Leonardi Falkowskij de Falki antiqua haeres sana
mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili
Stanislao olim Joannis Falkowskij de ibidem haeredi et ipsius successoribus
bonorum suorum immobilium in haereditate Falki sitorum in campo hes
sulcos incipiens a granice Chackowska ad ... iam Jerna inter metas
Severinic et Alberti Falkowskij iacentes. Item in alio loco eodem
campo sulcum unum iam incipiens et extendens ac inter metas et
supra iacentes cum agris pratis sylvis et omnibus ac singulis
utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis in
summa sex florenorum Polon. hinc usque ad exemptionem obligavit
et inscripsit. Cui iam exnunc intromissionem realem cum pacifica possessione
per Nobilem et Nobiles duos officio acceptandam dat et admittit.
Submittendo se de omnibus bonis cum successoribus suis memoratum
tenutarium suum et eius posteros occurrendo quibusvis ab omni impedi-
mento quorumvis quarumvis personarum propinquarum et remotarum toto
tem tempore tenutae eiusmodi tueri defendere evincere solvere per se
et per submissas personas non amicare sub vadio simili
aliis sex florenorum Polon. et coram officio praesenti peremptoria actione
omnibus iuris remediis se et suos successores ... absolvendo.